1580

inscriptam cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata tuitione intromissione bonorum possessione ligamentis et utilitatibus omnibus in original inscriptionibus contentis accepta sua sufficienti satisfactione in eaque summa demittit Ac intromissionem realem cum paceca possessione per nobilem et nobiles duos acceptandam dat et admittit.

Sokołowski Abrenunciatio cum Submissione

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Gregorius olim Stany Stypułkowski sanus mente et corpore existens palam publice liberaque recognovit. Quia sibi Nobilis Marianus olim Raphaelis Sokołowski pro omni et integra dote ac paraphernalibus cunctis nobilem Annam Sokołowska conthoralem suam futuram in matrimonium desponsatam filiam vero ipsius de bonis ipsius paternis concernentibus satisfecit et plenarie persolvit ideo ipsum ob sufficientem satisfactionem quietat bonaque omnibus paternis et maternis in bonis Wnory Kurzele et Sokoły Jarnuty tantum sitis abdicat et abrenunciat perpetuis temporibus, exceptis bonis maternis in bonis Wnory Więcki sitis, Submittitque se idque recognoscens ac se de bonis suis omnibus una cum successoribus suis inscribit memoratam nobilem Annam Sokołowska post contractum matrimonium in duodecem septimanis ad approbandam praesentem quietationem vel denuo aliam faciendam statuere Sub vadio centum Marcarum Polonicalium Et coram officio omni Castrensi Branscensi per exempta inhibitione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores renunciantibus et abrenunciantibus Submissione sua suorumque successorum totius causae.

Markowski Cessio.

Coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Joannis Markowski de Wolka Markowska Suo sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Valentino olim Pauli Markowski et ipsius posteris de omni et integro iure suo seu inscriptione donationa sibi recognita per nobilem Simonem olim Georgii Markowski coram actis Bielscensibus super certam partem prati in bonis Markowska Wolka consistentem facta et inscripta cum pleno iure eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione possessione tuitione et ligamentis omnibus in originali inscriptione contentis accepta satisfactione cedit Omneque et integrum iussum sibi ad permissa serviens in personam eius successorumque ipsius transfert et transfundit Ac intromissionem realem cum paceca possessione per nobilem et nobiles duos acceptandam dat et admittit.